

si secunda non careant, peccant in administra-
tione, & cum res sit gravis, gravis peccatus erit.
Secunda verò pars ex eo manifesta apparet, quòd
solum Religiosi pena excommunicationis in
dicta Clementina comprehenduntur, non au-
tem Sacerdotes seculares. Est Magistri à Ve-
racrue vbi supra. q. 1. concl. 3.

6 ¶ Verum quando Parochus dat licentiam
suo subdito ut à quocunq; Sacerdote possit re-
cipere Eucharistiam, non est dubium quòd
eam à regulari Sacerdote valeat, & possit re-
cipere. Unde Eugenius. 4. declaravit, quòd quando
Sacerdos Parochialis dat licentiam suo sub-
dito, ut à quocunq; possit recipere Eucharistiam
eo casu possit recipere eam à Religiosis ex
Compendio, ver. Communicare. §. 3. & ex sup-
pleto folio 1. concess. 40. Quod nota quia
per hanc declarationem respondendum est Si-
nestro Excom. 7. & 14. vbi multa scrupulosa
dicunt, & sic, si Frater Minor iter faciat ex licen-
tia sui Prelati, potest recipere communionem
à Predicatore, & similiter ab eo Frater alteri-
us Ordinis.

7 ¶ Tertio notandum est, quòd cum Summus Pon-
tifex sit supremus Parochus in Ecclesia Dei,
potest pro libito [saluo Ordine Hierarchico]

exem-